

Apostolisches Schreiben

FRANCISCUS EPISCOPUS Servus Servorum Dei

Venerabili Fratri Manfredo Scherer, hactenus Episcopo Oenipontano, ad Cathedralen Sedem Lincensem translato, salutem et Apostolicam Benedictionem. Qui successimus in beati Petri locum itaque universae catholicae Ecclesiae regendae gravissimum suscepimus officium, sollicita cura studemus idoneos deligere Pastores singulisque diocesis, si vacant, assignare. Quare, cum providendum sit dioecesi Lincensi, vacanti per renuntiationem Excellentissimi Domini Ludovici Schwarz, S. D. B., re, comprobatis donibus ornatum rerumque sacrarum atque Theologiae dogmaticae et oecumenicae peritum aptum putamus qui eidem praeficiatis. Audita igitur Congregatione pro Episcopis, Apostolica Nostra potestate te, vinculo solutum Oenipontanae Ecclesiae, Episcopatum Lincensem nominamus cunctis cum iuribus et obligationibus. Mandamus insuper ut de his Litteris facias certiores clericum ac populum tuum; quos hortamur ut te libentes accipiant tecumque iugiter coniuncti maneant. Fac demum, Venerabilis Frater, ut, Paracliti Spiritus lectissimis suffultus donis fideles tibi creditos valeas pascere verbis et opere ac, praesertim, testimonio tuae vitae, memor verborum Decessoris Nostri beati Pauli VI, ven. mem.: ~ Homo nostrae aetatis libentius testes quam magistros audit; quod si suas hisce praebet aures, ita facit, quoniam testes sunt ~ Allocutio: AAS 66 (1974), p. 568. Pax Christi, auspice Domina Nostra Magna Martre Justitiae, semper sit tecum et cum carissima ecclesiali communitate Lincensi in dilecta memorata Natione. Datum Romae, apud S. Petrum, die duodevicesimo mensis Novembris, anno Domini bis millesimo decimo quinto, Pontificatus Nostri tertio.



Faksimile Apostolisches Schreiben / Nuntiatur

Ein Farbfoto des Apostolischen Schreibens folgt bei der Amtseinführung

Die deutsche Übersetzung folgt bei der Amtseinführung